Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26373
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et faciebant conuiuium per domos unusquisque in diem
suum. et mittentes uocabant tres sorores suas. ut come
derent et biberent cum eis. Solet inter fres maior substan
tia discordie fieri grauioris causa. O inestimabile pa
terne instructionis laude. Et pater diues dicit et filii con
cordes asserunt. ut diu diuidenda inter eos substantia
aderat. corda tamen omnium indiuisa caritas replebat.
Cumque in orbem transissent dies conuiuii. mittebat
ad eos iob et sanctificabat illos. surgensque diluculo offere
bat holocausta per singulos. Cum dicit mittebat et sancti
fica bat illos. apte monstrat quid districtionis erga illos presens
ageret. quib' absens sollicitudine non deceret. Si hoc nob
e sollerter intuendum. quod per actis dieb' conuiuii purgatio
per singulis adhibet holocausti. Vir sces quippe nouerat. qua
celebrari conuiuia sine culpa uix possent. nouerat qua
magna purgatione sacrificia diluende sunt epule
conuiuia. et quicquid in semetipsis filii conuiuantes in
quinauerant. pater sacrificio immolando tergebat.
Nonnulla quippe sunt uitia. que a conuiuis aut sepa
rari uix possunt. aut certe nequaquam possunt. Pene
semper enim epulas comitatur uoluptas. Nam dum cor
pus in refectionis delectatione resoluitur. cor adinane